Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 78

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 169.



Cod: LXXVIII

membran: 4. min: Saec: 15. 1. 6. 7.

1. Fol 1 – 148.

S: Isidori Hispal: libb: III Sententiarum de Sum̄o bono. 1a – 148b

S: Isidori Hispalensis Episc: libb: III Sen,
,tentiarum de Summo bono. Praecedunt
capitula; opus ipsum incipit: " Sum̄um
"bonum Deus est." Finitur hoc Subscrip,
,to: " Explicit liber tercius" et cum fini,
"to libro sit laus et gloria christo Amen".
Codex itaqꝫ completus est. Vide Su,
,pra codicem LXXVI. Nro 1.

2. Fol: 149 – 196.

Innocentii III. Libb. III de contemtu mundi. 149a – 196b

Innocentii III. Papae libb: III de contem,
,tu mundi, seu miseria humanae condi,
,tionis. Titulus est: " Incipit liber de
"miseria homines /: lege: humanae: / con,
"dicionis editus a lothario dyacono
"cardinali Sanctorum Sergii et bachi
"qui postea Innocencius pp̄ III.us ap,
,pellatus est." Tum sequuntur libro,
,rum capitula. Totum hoc opus ex,
,tat in edit: opp: Innocentii III. Colon:
1552. Fol: CCIX. Manus coaeva in
ora superiori titulo praeposuit: Iste In,
,nocentius est petrus de tarantasio;

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 78

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 170.

quod omnino falsum; nam Petrus de Taran-
tasio dictus est Innocentius V.

De Innocentio III vide supra cod. LXX N. 6.

3. Fol. 197. – 242.

Joannis de Deo Tract: de Dispen-
sat: form: Sen-
tent: et relat:
197a – 242a

Joannis de Deo Tractatus, seu Summa de
Dispensationibus, super formandis senten-
tiis, et de Relationibus. Initium est: "In-
cipit Libellus dispensationum in quo
XIII capitula ponuntur" Prologus in-
cipit: "Venerabilibus viris fratribus".
Caput primum agit de dispensatione di-
vina circa genus humanum. Eundem
tractatum ms: asservari in regia Galliae
Bibliotheca ait Oudinus Tom: 3. col: 179.
Fol: 225 pagina aversa codicis nostri legitur"
"Explicit Summa super dispensationibus
"universis Incipit Summa super formandis
"sententiis universis" etc. Fol: 230 pag:
aversa, linea vltima hanc ipse reddit
de operibus suis notitiam "Explicit Suma
"composita super dispens. omnium Pala-
"tinum et alionum Laicorum – – a ma-
"gistro Jo de deo Yspano doctore decreto"

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 78

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 171.

„rum composita ad honorem summe trinita,
„tis et individue vnitatis pat.ᵒ et fily et Spirit.
„S. tuique Sanctissimi patris innocentii IIII^ti
„quem deus ad apicem tanti pontific. ab ini,
„cio providit et nostris temporibus praecle,
„git cui supplicando comitto vt si quid in
„hoc opusculo minus perite vel incaute posita
„sunt a te qui sedem et fidem b. petri tenes,
„emendentur, et non solum hoc opusculum, sed
„alia plura opuscula. quae diversis temporibus
„composui. ad honorem summe trinit. et
„sancte romane ecclesie. quae opuscula sunt
„hoc breviarium sub tot. corp. decret. et
„casus decret. cum canonibus concordata et
„distinctiones super toto jure canonico, et
„libellus judicum, quo docentur judices, et
„actores et rei et advocati — et notabilia
„cum summis sup. titulis decretalium et
„cum epistolis canonicis de dñis /: debitis :/
„solvend. et cronica veridica /: vel juridica? :/
„a tempore petri vsqs ad tempus tuum.
„cum canonibus concordata — — et arbor
„versificata et apparatus super toto corpo,
„re doctorum cum ystoriis et constructio,
„nibus et casibus universis et suma — —
„causis decretorum in hyguccio /: apud Ni,
„colaum Antonium Bibl: vet: Hisp: lib 8. cap: 3.
„pag 45. Hugutio :/ ferariens Eps defec
„stilo suo consimili et ampliori in quibus
„multa tractavi tam de jure, quam de
„ecclest. Sacramentis, et si quae imperite
„vel minus bene dixi vel posui in eis
„a te cupio emendari. Confiteor enim tene,
„re dogma fidei quomodo tenes et ecclesia
„rom. et hoc opusculum praesens composui ad

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 78

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 172.

instantiam fratrum prædicatorum et minorum et heremitarum et in scolarium diversarum nationum et multorum aliorum sub anno domini M° CC XLiiij° Indict. I. V Kal Sept. tam supinus in perfectione ego mgr Joa. de deo veniam postulo a lectoribus universis"

Post haec immediate: "Incipit summa de relationibus tam in initio litis quam in medio et in fine. In calce hujus tractatus leguntur sequentia: "Explicit libellus dispensationum et formationum sententiarum et relationum et consultationum a magistro Jo. de deo doctore decret. Ypsano ad honorem sume trinitatis et individ. unit. sancte romane ecclesie tuique innoc. IIII-ti pape compositus cui libellus mittitur corrigendus sicut superius in serie prænotatur, α et ω primus et novissimus Alleluja"

"En ego quem patria genuit pia portugalensis
Digna cathedravit verbis scola bononiensis
Hoc opus aptavi tutas pia Virgo Maria
Sed tamen emendat tua praesul docta Sophia."

Ex his subscriptionibus patet Joannem de Deo circa medium decimum tertium saeculum floruisse; eum JCtum Bononiensem extitisse, et praefata opera usque ad an. 1243 elucubrasse; tresque memoratos tractatus, scilicet de dispensationibus, formandis sententiis, et relationibus unum opus juridicum constituere. Vide Ant. Bibl. Hisp. l. c. Oudinum Tom. 3. col. 177. Fabric. in Bibl. med. & inf. lat. T. 2. pag. 21.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 78

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 173.



Quae in codice nostro a fol: 235, et seqq: oc,
,currunt sunt regulae de visitationibus, in,
,quisitionibus, electionibus &c: ejusdem for,
tassis authoris.

Cod: LXXIX. Deest

membr: 8. Saec 13.-v 14.

A. 6.8. 6,5.

S. Biblia V. & N. Testamenti.

Biblia universa V: et N: Testamenti jux,
,ta versionem vulgatam. Praecedit Ca,
,pitularium Epistolarum, et Evangelio,
,rum, in cujus calce legitur: " Explicit
" capitularium Epistolarum, et evangelio,
,rum tam de tempore quam de Sanctis per
" manus Alberti elsendorfer aliter subtilis

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 78

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27416

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)